DE ITINERIBUS AD LOCA VARIA, ALEXANDRIAM PRÆSERTIM STATIELLORUM, ...

Domenico Nocca



CELEBERRIMO ORNATISSIMOQUE VIRO

D. D. PAULO USTERIO M. D.

AMICO SUO

DOMINICUS NOCCA S. P. D.

Academicis, & scholasticis exercitationibus singulis absolutis: ceterisque pariter, quæ pro demandato mihi universæ Rei Botanicæ regimine, ad Hortum Puplicum autumnalibus labentis jam hujus anni feriis procurandum necessaria, vel utilia quoquo modo forent, cunctis, ut sine errore statis temporibus per Custodes fierent, singulatim ab me compositis, descriptisque; aliquod hinc post exactas, veluti par erat, muneris mei partes, feriarum earundem tempus, bimestre scilicet paullo plus spatium, mihi licitum esse putavi crebris hac illac itionibus, mansionibusque alicubi quandoque diutinis impendere: non ad solatium, laborumque anteactorum levamen, sed ad Horti potius, supra nuper laudati, meorumque etiam (absit invidia verbo) adjumenta, & commoda, progressusque studiorum. Ecquis enim ignorat, susceptas veritatis, & sapientiæ caussa peregrinationes non multum semper ad Literas contulisse, doctioresque sæpe numero ex itineribus rediisse complures, quam alii redire solent e scholis? Id certe, plus quam dici potest, cum Veterum probant, tum Recentiorum declarant exempla Philosophorum: aliorumque itidem Præstantium Virorum, qui pro suo quique sapienti instituto vel longissimas sunt agressi, perfeceruntque feliciter, magnoque cum fructu profectiones. Eo autem, præque aliis etiam,

de capessendis sæpe sæpius itineribus solliciti magis esse debent Botanici: non ut egregios solum propriæ Facultatis Professores, Cultoresque coram adeant, cum iisque frequentius, amiceque communicantes majora semper, expeditiusque percipiant; verum etiam, ut de novis omnino: aut saltem ob viriditatis diuturnitatem, cultionis modum, humi aërisque varietatem aliquanto dissimilibus Plantis tuto cognoscant; easque simul coram sibi comparent, quibus nimia Hortorum identidem Custodum avaritia privantur.

Non ego tamen, Usteri Ornatissime, is sum, qui mea velim itinera, ingeniumque cum tantorum Hominum itineribus, ingenuisque comparare. Scio enim optime, candideque fateor, non ingenii laude modo, doctrinaque; sed facultatibus quoque reliquis ad sic peregre abeundum sive utilibus, sive necessariis, multum me ab his abesse, qui plenissime valebant in cunctis. Veruntamen pro copia, & sollertia mea sum manibus, pedibusque conatus, ut nec meæ mihi, neque Horto Academico mei curæ commisso, improspere plane, & incassum itiones, stationesque succederent. Tametsi autem ex modo dictis pleraque ad hujusce scriptionis scopum minime faciant; abs Te nihilosecius, Usteri Suavissime, omnibusque ista forte legentibus, æquo animo ferendi volo: ob peculiares unice quasdam caussas, quæ me paullulum pupugerunt, hic in anteceſſum prolata. Me etenim, nisi occasione data, modeste defendam: ipse mihi, proprioque juri desim, atque officio.

Prædictorum jam accipe, Vir Amicissime, itinerum meorum seriem, & quasi historiam, succisivis post meum huc reditum, horis per me factam: quo experirer, an

tantopere gratia apud Te valeam, ut una mei caussa & libentius exciperes, legeresque; & vero gratius etiam (siquidem meum esset) id otium haberes, atque diligeres. Neque mirere, disjuncta inter sese, ut facile progrediendo perspicies, hic me plura in unum veluti copulasse, nonnulla quoque, a Studiis penitus aliena, Commentario identidem intexuisse, vividioreque fortasse etiam me alicubi fuisse usum eloquio. Id enim vero, præterquam quod prolixarum in rem eandem narrationum tædio Lectorem levat; Tuus similiter, in suis speciatim per Hercyniæ Silvas, diversasque Alpes utilissimis peregrinationibus, Magnus Ipse præstitit Albertus Hallerus, quem utinam altissima pariter quirem eruditione imitari. — Serius autem, quam avebam, mitto, partim occupationibus; partim, eoque magis, dolenti valde morbo in læva Coxa impeditus, ac toto superiore Novembri, dimidioque item vergente Decembri exagitatus.

Sextili itaque declinante Mense Mantua Cremonam profectus: edoctusque jam alias, Studia quidem cetera vehementissime, naturalia non item Cremonæ foveri: Placentiam idcirco, planitie in ampla, ac fertili, admodum prope Padum, veluti modo dicta Cremona, locatam, statim concessi Urbem variis ante annis, vix præteriens, salutaveram. Quocirca triduum consisti: ne quid mitterem, quod visu, animadversioneque dignum haberetur, & esset. Ac plura herele amplissima Civitatis ejusdem ornamenta sæpenumero magna cum voluptate miratus; quæ inter, bina præsertim, in maxima Primarii Templi Platea erecta, Farnesiorum olim Ducum ænea eminent Equestria Signa, græco plane utraque confecta opere, & elegantia. Tantum industriæ Artis,

Tute profecto, Ufteri Doctiffime, fi pervifeтes, jure meritoque obftupefceres, Monumentum: Romanis quoque ad ejusmodi contemplanda affuetis, facile, ut arbitror, placiturum. Publicum item patet ibi, rite inftitutum ad plura Studia Gymnafium; atque eruditi omnium ordinum exftant non pauci, quos mei non eft muneris nominatim appellare. Nam de Botanicæ tantum Studiofis, ac Profefforibus, quibuscum confuetudo mihi fuit, eorundemque a me in itinere perluftratis Hortis dicere conftitui.

Placentiæ porro vix exiguum in Officina Medicamentaria Cœnobii Patrum Minorum, quos Obfervantes vocant, Hortum confpexi, qui una alterave non plus hora curiofum queat Botanicum detinere. Una jure dixi, alterave dumtaxat hora; paucas quandoquidem, nec e rariorum fane numero, ibidem Stirpes comperi. Tales profecto non funt, Saponaria officinalis; Pulmonaria; Helleborus; Heliotropium Peruvianum. Quod equidem poftremum, fi Placentinos audiamus, gratiffimum unum Vanillæ odorem exfpirat. Ego vero iis coram, qui hæc affirmatione affirmabant, Heliotropium ipfum naribus continuo admotum, paufa quadam tranquille olfeci: his enim tentaminibus obeffe mora nunquam poteft, fed feftinatio. Quanquam autem primo olfactu mihi quoque Vanillæ odor videretur: poft paullo mixtum, atque amaro Amygdalo magis affinem, jucundum tamen clare fum expertus odorem emittere. Re adftantibus quotquot prodita; nulloque partium, fed uno a fingulis, qui aderant, veritatis ftudio, ac repetitis odorationibus indagata: ad unum denique omnes ultro mihi de facto, perinde plaudentes, confenfere. — Tanacetum

prætereа Balſamina: & Atropa ibidem exſtant Belladonna, cujus germinatio neutiquam, ut ajebant, per ſola potuit ſemina obtineri: quod, ſementi unice adhibita, mihi pariter accidit ad biennium. — Momordica Balſamina, ipſo probe florens in Vireto, ac prope muros, de more Regionis, conſita paxillis ſuo in caule ſuſtentatur; ramulique e caulis lateribus prodeuntes, funiculis plerumque ſuſpenſi, ſic in altum aſcendunt, ut parietes contegant.

Laudato Patrum Minorum obſervantium inſpecto Horto, nonnulla etiam fas mihi fuit, Solaria viſere Nobilium, civiumque privatorum. Geranium Odoratiſſimum, tum Capitatum, tum Multifidum variasque optimas Thymi ſpecies fere ubivis animadverti. Verum diligentiores ex Placentinis herbarum cultores omni contendunt induſtria perquirere, accuratiusque, tanquam rariorem, Plantam conſervare, quæ molli, ac levi manu ab imo ad ſummum frondium verticem deſtricta, ſubuſtam, ipſis atentibus, bene proxime olet Coffeam Arabicam: eamque propterea *Caffè* communiter nuncupant. Hac itaque ab me ſedulo, multumque examinata, Aſclepiam eſſe frutescentem cenſui, ac pronunciavi. Quoniam vero hac de Planta ſermo incidit, alienum abs re noſtra minime puto id exponere, quod aliquot jam ante annos, Septembri menſe, mihi pluries, conſtanterque ſe obtulit obſervandum: Schiſti nempe Tegularis Valerii laminas, edito in loco poſitas (quas deſuper Aſclepiam Frutescentem ſuis in teſtis repoſueram) leni, etſi antea bene ſiccas, quodam conſperſas rore mane me reperiſſe: Planta ſane, reliquisque ſimiliter variæ ſpeciei Stirpibus, una cum lapidea alius ejusdemmodi laminis, quibus

postremas has Stirpes, at Asclepiæ latera, pariter superpositam, mehercule nec paullulum humentibus. An alii primum in rem ipsam oculos, animumque advertērint, nescio. Tute videris.

Ex rationibus demum Placentiæ ab me visis Plantis ea item fuit, quæ Orchis, Columbæ faciem referens, a Tournefortio: *Colombina* idcirco *alio spectu* eodem loci vulgo appellatur. Hujusce autem, quanquam in Placentinorum Regione Bulbi nascantur, nihilominus ad conferendum iis semper uti Placentini consuevere Agri Dertonensis: „*Usus Magister egregius.*„ inquit Plinius. Itaque nil contra hunc morem repugnavi.

Recensita adhuc persuadere cuique facile possunt, Placentinos quidem complures varias adamare Stirpes, ac Herbas; Floribusque itidem magnopere delectari: Rem proprie Herbariam dedita opera minime excolere. Cujus tametsi utillimi verissime omnino in Patria careant Studii adminiculo; tantundem attamen Placentini in finitima Urbe Principe Parma, ob id facillime addiscendum, subsidii habent, ut nihil magis. Illic quippe (velut in mea jam Mantuani Horti Academici Historia per Te, Usteri, edita, præscripsi) & illustris Hortus: & tota, qua late patet, a Viro Doctissimo traditur Botanica Facultas. — Alexandriam post alii Statiellorum. Nec vero ipso hactenus peractorum in cursu itinerum quidquam, quod e re mea esset, habui singulariter observandum, experiendumve: nisi latifimarum, novarumque (quæ duo magni sane hac occasione facio) ubivis commoda, quavis etiam tempestate, viarum; uni Optimorum Virorum Principum beneficio, munificentiæque prorsum tribuenda.

Præter multa omne genus, quum privata tum publica: eaque potissime, quæ pro habendis aptius, utriusque geminis annalibus pervulgatis Alexandriæ Nundinis, aliquot fuere abhinc lustris a fundamentis exstructa, amplissima fane plerumque, ac pulcherrima pro Mercatorum tabernis stationibusque vel diurnis, ædificia: jam inde ab antiquis Urbs ista temporibus famosa quoque validissima instruitur Arce, variis recens item operibus, & munitionibus miro, novaque artificio quaqua versus adeo septa, atque in totum instaurata; ut ne dum multo quam antehac firmissima; sed nova potius, atque inexpugnabilis propemodo Arx videatur, ac sit. Verum non hæc, Mi Usteri, ultra moror, quæ ad præsentia pertinent. Mitioribus namque a pueritia utrique nostrum studiis applicitis bellicos quidem ingeniosos apparatus, constructionesque militares admirari, & si fas est, prope etiam intueri, & quasi de facie nosse: at horrere una debemus ac pacis studia per pacem quærere, ac sequi; & quantulum valemus, sic tutissime promovere.

Militaribus ergo libenter rebus missis ad pacifica lætiora nostra iterum accedo. Alexandriam petii, quo uberiorem speraham Botanicæ frugum perceptionem. Non hercle mea me spes fefellit. Ibi enimvero Nobilissimus D. D. Marchio D. Ambrosius Ghilinius, Eques studiosus, & nostræ jandudum Amasiæ Floræ impiger cultor, sua, jam circiter decennio, in Ghiliania sic dicta Villa, Viridarium inseverat: quod ut vere ditissimum Plantis redderet, ac florentissimum, neque indostriæ, aut labori unquam, neque magnæ similiter pepercit impensæ. Sed cum quintum ab Urbe lapidem Villa distet; maximoque

propterea Oppidanis, Advenisque vel curiosis, vel doctis foret incommodo illuc usque, Horti videndi caussa commeare; Eques hinc præstantissimus alienis mage, quam suis consulens rationibus, bene sapienterque censuit, juissitque haud multo antea, Hortum in Urbem inferri, ac prope publicum aggerem locari: unde facile cunctis, semperque pateret. Quamobrem novam hanc ejus apte lustrandi nactus ipse commoditatem, vel semel in dies, toto illic meæ stationis tempore, adire volui collecta ut ibi quæque perviserem & cognoscerem definite, atque absolutissime. Sinito itaque, Mi Usteri, in ejusdem me descriptione Vireti paullo fusius, ac veluti in larga admodum messe nostra propria demetenda, profecto etiam libentius immorari. Ejus primum figurationem: deinceps multa inde alia attingam.

Forma Paralellogrammum exhibet, fine in latitudinis dimensione quadraginta: in longitudine communium ex toto præter propter passuum centenorum. Areolæ Centrales, amplam aquæ vivæ, Cyprinis auratis fluitantibus Piscibus faturæ, in medio Concham habentes: Areolæ, inquam, Centrales sacræ sunt cunctæ Candelis, Iridibus, Iberis, Ixiis, Hyacinthis, Caryophyllis omne genus pulcris, aliisque, festivissimum halantem floribus Hortum componentibus. Pars ad lævam reliqua Silvulæ instar fat formosæ, Exoticis undique Plantis dirigitur in Quincuncem. Lucum diceres Ethnicis ficto Numini dicatum. Dextrorsum autem Labyrintho Hortus virescit, Arbusculis pariter Exoticis consito, aptoque semper, & compari inter sese intervallo diremtis. Rhus hoc loci Coriaria; Prunus Cerafus flore pleno; Robinia Ispida; Lonicera Simphoricarpos; Juniperus Va-

riegata; Lonicera Variegata; Rubus Odoratus; Daphne Laureola; Rosa Muscosa; Esculus Variegatus; Juniperus Bermudiana efflorescunt ac nitent. Sinistrorsum denuo eminent in Plantis Morus Papyrifera; Salix Babylonica; Diospiros Lotus; Gleditzia Triacanthos; Liriodendrum Tulipifera; Prunus Mahaleb: Mimosa Julibrissin a Scopolio sic nuncupata. Hujus autem extremæ Arboris floribus, ad plumei flocci modum innexis, jugatisque, Alexandrinæ, ac Mediolanenses quoque (veluti pluries audivisse me scio) nonnullæ illustres utuntur Feminæ, levi ut genas offucia illiniant; purpurissatæque fit affabre, vividiore ita præ aliis emicent sui ordinis formæ elegantia. Tales ego contra innocuo magis, faniori, ac plus mihi grato Flores usui servare satago: recondoque propterea in libri plagulis, donec arescant, suaveque sic oleant Amygdalum Persicum. Quod an sit verum, nemo non quit facillime experiri. Sed Hortum deambulans, amplius semper effertur gaudio Botanicus, ipseque sibi ut cum maxime gratulatur; dum subsellia desuper, ante Hypocaustum bene plurima constituta, innumerabiles propemodo haud infimæ notæ dissimilium a prænarratis Stirpium testas inspectat, atque perpendit.

Salvia Formosa; Ficus Citrifolia; Solanum Zeilanicum; Urena Lobata; Teucrium Betonicæ Folium Heritierii; Decumaria Barbara; Amaryllis Sarniensis; Buxus Variegata; Spheranthus Africanus; Gallega Pulchella Scopolii; Cactus Grandiflorus, Flavescens: Mimosa Sensitiva; Geranium Exstipulatum; Solanum Auriculatum, quod digitis frondem vel molliter defricantibus suavem Vini ex Apianis Uvis confecti odorem impressum relin-

quit. Goffipium Arboreum; Jucca Aloifolia, & Gloriofa; hæ fimul omnes funt variæ, quæ primo fe produnt, Stirpes, ac Herbæ innumeras inter, memorata ante Caldarium fubfellia exornantes: pulcherrimumque hinc novum Botanico contemplanti profpectum offerentes. Jucca porro Gloriofa ultimo ab me pronunciata loco, fuique in altitudine Caulis par plerumque homini, flores belle, fructusque quotannis inducit. Fama fert, in ejusdem a Ghilliniano Rure Alexandriam Plantæ exportatione, probe maturos eo adamuffim tempore fructus brevi in itinere amififfe. Quos cum varii, variæque ætatis, efurientes quoque fortaffe juvenes, attente collegiffent, delibaffentque continuo, molli eos, ac fapida conditos pulpa reperere: avidiusque, ut arbitror, cunctos penitus comederunt. Quapropter aliquot poft fpatium horarum, crebro finguli alvi profluvio laboravere, nullo attamen aut dolore, aut alia corporis ægrotatione, five injuria conflictati. Re ab Jofepho, fi bene memini, nomine: cognomento fane Borellio, Ghilliniani Horti Curatore, atque Cuftode, intellecta, unum numero & ipfe confeftim deguftavit; nihilque, præterquam Mali Punici faporem perfenfit. Ego quoque in me ultro, cupideque periculum feciffem: fi aptum tunc temporis fructum ex his aliquem inveniffem.

Prænarrato hinc juvenum facto edoctus quidam apud Alexandrinos peritus Medicinæ Doctor D. D. cognomine Ferrarius (nam nomen ignoro) aliquibus tum ftatim egenis Ægris, alvi duritia correptis, fructus iftos fausto plane fucceffu fubminiftravit. Ceterum, an veram in fe habeant refolvendi vim; atque an hæc multo antehac fuerit explorata, non conftituo: putabisque,

Ufteri, me id ad definiendum utrumque induftriæ omnino Tuæ relinquere voluiffe. Intende animum ad ea, quæ fuo in Horto Florentino pagina centefima prima Michelius fcribit, qui loquens „ *De Jucca* (verba ejus funt) „ *Arborea, Radice non Tuberofa, Foliis Aloes rigidis, ferratis, & atro-virentibus, Floribus albis* „ (quam fcilicet ea eft, de qua hucusque egomet verba feci): ita deinceps Auctor ipfe præcife fubjungit: „ *Pulpa parietum, & feptorum (capfulæ) mollis eft, nigro-purpurea, fapore dulci, levi, aromatico, vinofoque admixto: per ficcitatem vero Caffiæ Solutivæ quodammodo fimilis.* „ Hactenus eruditiffimus Michelius. — Aliunde, fuo in Opere „ *Fundamenta Botanica* „ inferipto, Scopolius etiam ait: „ *Cafus fortuitus vires Plantarum quandoque detegit* „; ficut nonnulla itidem exempla veriffime demonftrant. Num hæ involutæ rei quodammodo aperiendæ viam fternant, Tuæ pariter erit, Ufteri Doctiffime commentationis.

Ad Hortum redeo Ghilinianum; revifoque, quæ jam nominavi fubfeffa. Cupreffus Difticha; Agave Vivipara; Portulacaria Afra; Euphorbia Tirucalli; Ceftrum Diurnum; Pavonia Urens; Pfidium Piriferum; Prunus Pumila; Cacalia Kleinia; Crinum Zeilanicum foliis maculatis; Euphorbia Africana, Planta Lactaria dicta; Croton Sebiferum; Senecio Bicolor; Geranium Scabrum; Hyacinthus Stellatus; Cotyledon Laciniata Cochleariformis; Mefembrianthemum Verruculatum; Euphorbia Canarienfis; Agave Sobolifera; Cactus Philantus; Apocinum Androfemifolium; Ferraria Ferruginea; Phlox Albida; Ixia Lirienfis, & Lutea; Gladiolus Triftis; Saxifraga Sarmentofa; nimia hæc vero irrigatione fæpe-

numero aut in interitum, aut saltem in decidium vergens, ideoque parce admodum, cauteque humectanda. Insuper Smilax China; Salsaparilla; Schinus Molle Planta Dioica; cujus quidem in Galliæ Cisalpinæ Viretis, nonnisi ægre per ramusculos multiplicatio obtinetur. Quod ad me attinet, certe feci pluries, & expertus sum omnia, unde ramulorum ope radices constanter ageret: sed irrito plane extra unam vicem conatu. Ac tunc bene, prosperoque hoc mihi negotium successit; quod rite spongia, in ima sui parte, involutam, propterea que humidiorem sic testam, ramulis ad multiplicandum comparatam, asservatamque, continenti biennio retinuerim. Femina, floribus etiam destituta, primâ fronte a masculina sui generis discernitur Planta; illa quippe deflexos: hæc contra ramos semper tenet erectos.

Jam de Caldario ad sinistrum in Horti ingressu latus positum verba facio. Istud porro quisquis facile primo videt intuitu, multis esse incommoditatibus obnoxium. Vix namque ab Octobri mense ad Aprilem meridiano vere fruitur Sole; reliquis anni temporibus una dumtaxat post meridiem hora insolatur: vitium certe haud exiguum. Credibile non fit Architectum hoc voluisse minime apto in loco ædificationis hujusmodi formam delineare, si novum pro Plantis fovendi, struere omnino Claustrum a fundamentis debuisset. Verisimilius igitur censeo, triplicem Arcuationem, Claustrum nunc ipsum constituentem alteri jam olim usui adhibitam, antiquitus extitisse. Terni hi Arcus communium octo supra viginti passuum in longitudine spatium occupant; ac talia eapropter Caldarii est adamussim mensura, quatuor tantummodo (ut Arcus ipsi) sua in latitudine, communes

pariter passus habentis. Singulares nihilosecius, ac raræ ibi Stirpes clauduntur: quemadmodum sunt Amomum Zerumbet: Ixia Crocata; Dracena Terminalis; Gladiolus Indicus; Piper Obtusifolium; Kemferia Galanga; Ficus Religiosa; Dodonea Viscosa; Passiflora Holosericea; Hibiscus Rosa Sinensis; Arum Sagittifolium; Piper Pellucidum, Reticulatum; Anacardium Occidentale; ex cujus semine Plantam & ipse sum assequutus, multarum attamen rerum apparatione antehabita. Ad ejus enim duritatem expugnandam, facilioremque hinc germinationem reddendam: eam leniter, ubi Hilum residet, partem debui perfricare, triduumque aqua insuper nitrata emollire; quæ nisi summa diligentia, industriaque fecissem, Planta fortasse nunquam emersisset. Cum Abris, Erithrina Corallodendrum aliisque permultis peregrinis duriusculis Stirpibus hanc cœpi, prosperoque explevi eventu operationem.

Læve Caldarii parti domus statim inhæret, quæ totam cum Caldario ipso complet, ac finit Vireti latitudinem. Ex domo Aviarium assurgit, Volucribus affluens exoticis, ac nostratibus, Panico plerumque Milliaceo enutritis. Quod equidem hisce optimum Alitibus pabulum, & saluberrimum; contra Phasianis est pictis exitiosissimum. Eviseeratum olim horum alterum vidi: atque extis ex dolore Colico corrugatis peremtum observavi; quod nonnullis ante diebus unum consulto coactus fuerat esse Panicum Milliaceum. Quernis (ut apud omnes mos esse videtur) in loci medio, lustroque quo se caussa frigoris abdunt, consita ramusculis Silvula, Aves in hieme curantur; ac præter modo dictum Panicum Milliaceum, Brassica item Oleraceæ: Alsines Mediæ, ac dif-

similis speciei Cichorii foliis, hiberno tempore aluntur. — Verum de Ghisiliano Viridario satis; singulas etenim ibi florentes Plantas alias: easque etiam amplitudine, proceritate, atque aetate maximas percensere, immodica vetor, at necessaria, si id agerem, prolixitate sermonis.

Quidam Dominus Ropàta cognomine, Alexandrinus Civis, in Lapidibus, & Insectis impense delectatur. Suam hanc mihi Pinacothecam ostendit, quae aliquantulum deci potest Alexandriae ornamentum: uno solo illo isthaec procurante. Verum in re non omnino nostra nolo Te, Mi Usteri, diutius detinere. — Astam Pompejam jam me pervenisse putato.

Civitas ista parva quidem, sed culta in rebus multis, & officiosa; de Stirpibus attamen, earumque naturis investigandis nihil sane laborat. Pharmacopolae unum legunt, veneranturque Magistrum senensem Mattiolum: recentiorum autem nec fortasse tenent nomina Scriptorum, quorum studus, ac sollertiae, hoc maxime aevo, tantopere debet Botanica Facultas. Solus ibi ex Carthusianorum Ordine Religionis, Testa cognominatus, diversa probe sicca Plantarum exemplaria congessit: ac natura quadam sua in Rem Herbariam adeo inclinat, ut credam, cum (si operam serio navare posset) facile, multumque in ipsa profecturum. At complura status sui munia continens solitudo hortulusque sibi ut aliis suae Sodalitatis Monacis, ad colendum traditus, vix sinunt, Hominem hisce in studiis quodammodo erudiri. Cetera ejus Hortulus & floribus ridet venustissimis, & multiplicia item speciei Geraniis, & Plantis aut visu, aut odore; aut alio bono aliquo, utilitateque jucundis; ac praesta-

præftabilibus. Siccis quapropter, viridibusque egregii Patris Tefta Stirpibus agnitis: ejusdemque, ficuti par erat, laudato conatu, Aftæ Pompejæ illico valedixi; ac brevi minus unius diei itinere Regale veni Taurinum: cui mehercule haud deeffe quidquam animadverti, quod Regiam deceat Majeftatem, nihilque prorfum effe, quod Auguftam adeo dedeceat Civitatem.

Hæc profecto Metropolis, cunctas inter Italiæ Urbes, videtur effe, Mi Ufteri, præftautior & copia, & excellentia Literatorum faltem Botanicorum. Plura fane, quæ vel feorfum per fe finguli: vel junctim in aureis fuæ per omnia fapientiffimæ Taurinenfis Academiæ Commentariis, fæpenumero Botanici edunt Taurinenfes de noftra Facultate volumina: Equites præterea, civesque permulti Urbis Auguftæ, quibuscum epiftolari pridem commercio, coram dein fum locutus, fummo certe finguli ftudio flagrantes Exoticas cumulandi Plantas ad eorum elegantius femper concinnanda Viridaria: nonnulli quoque illuc ad Rem Herbariam addifcendam dedita opera Juvenes miffi, atque alibi poftea Profeffores renuntiati: æquiffimum a Clariffimis item Viris D. D. Joanne Andres, & Vahlio, qui multo me antea in Regia Civitate confederunt, latum, fuisque communicatum Amicis, Taurinenfium præfertim Botanicorum favere judicium; quæque fane hæc dudum comperte mihi perfuaferant, magnum ftudiofam meam curiofitatem pabulum habituram. Huic autem plenifime ut fatisfacerem, celeberrimum de facie, noffe, ac traftare Botanicum D. D. Carolum Allionium fatis habui: ampliffimumque ejus Herbarium: Teftaceorum, Lithophytorum, Zoophytorum, Concharum eximiam, quam poffidet, copiam,

sedulo intueri: ejusdemque pariter Bibliothecam; seu, ut melius dicam, late patens cum pluteis repagulo clausis videre Conclavium. Atque idcirco, quod communiter ajunt, libris esse refertissimam, potius quam mei met oculis intente inspicere, credere ipse debui, aliorumque plane fidei acquiescere.

Meum valde etiam explevit animum frequens, familiarisque Professoris alterius D. D. Dana, Allioni modo laudati Successoris, consuetudo, facillimis omnino moribus Viri: nec tam omni venustate, dicendique lepore, quam Botanicarum notitia rerum summe præditi; quemadmodum ab ipso evulgata liquido probant, atque declarant. Egregii ejusdem Viri opera insignem commodissime sum contemplatus Regiæ illius Studiorum Academiæ Pinacothecam, absoluta quasi Conchyliorum, atque universi Pedemontii Marmorum, & Classicorum Botanicæ Codicum collectione spectatissimam. Ejusdem-medi vero Codices omnino sunt penes Publicum Botanicæ Professorem. Optime enim provisum (animadvertit Illustris Botanicæ Doctor Linnæus), tales magnæ plerumque impensæ, difficilimæque, ob eorum etiam paucitatem, adeptionis, libros in Horto semper Academico asservari; ut si Antecessor, vel ejus Auditores quidquam aveant consulere, sive comparare, e vestigio id valeant peragere: quin ad Publicam Bibliothecam, ut plurimum ab Horto disjunctissimam, quandoque, ac certis horis occlusam; aliorum pluries, qui dant operam literis, frequentia præpeditam, Plantæ maxime rariores deferantur: quarum equidem a proprio Caulo abscissio Seminibus officit, tantopere ad denuo ferendum necessariis. Augustæ profecto Taurinorum: itemque Bono-

niæ utillima isthæc lex viget, & institutio, secunda hac in Urbe, quadraginta circiter abhinc annis, a D. D. Ferdinando Bassio, tunc temporis optimo Bononiensis Horti Rectore, atque Instauratore, Botanicæque Facultatis Magistro, sapientissime constituta.

Recensita præter, habet quoque Regia ipsa Taurinensis Pinacotheca tum Scripta, tum ineditas Adriaci Maris Plantarum pulcherrimas plus centum quinquaginta Delineationes; reliquias vere magni æstimandas, ingeniique, ac peritia dignissimas Eruditissimi Vitaliani Donati. Præcogitaverat jandudum Vir Maximus Maritimas omnes Adrianas Stirpes describere, propositisque imaginibus ad naturam effictis singulas adumbrare. Ast inexspectata morte præventus, magnum hercle in Opus, cujus specimen exhibuerat in libro italice nuncupato „ *Saggio della Storia Naturale Marina dell' Adriatico* ", mancum nobis & imperfectum reliquit. Non diffiteor, Doctissimum Albertum Hallerum colores minime nitidos carpere figurarum memorati nunc Operis Donatiani. Ego vero affirmare tuto possum, ab me visas, quas pro nova Zoologiæ universæ editione Vitalianus paraverat, elegantissimas esse, nitidissimas, atque ad vivum expressas, atque delineatas. Neque sane dubito, Abbatem D. D. Olivium tanto nuper omne genus Literatorum plausu Adriaticæ Zoologiæ auctorem; fuamque, ut fama fert, jam modo navantem operam Maris ejusdem Vegetabilibus detegendis, describendisque: non, inquam, dubito, Virum Eximium (quem vehementer suspicio, atque in paucissimis certe numero) has, de quibus hactenus dixi, Donatianas Reliquias haud plurimi habiturum.

Academicum Taurinense Viretum extra novam Urbis Portam, ad ferme obsoletam, neglectamque modo Regiam confinem Villam, vernacula lingua *Valentino* appellitatam, recta ducentem, statim est situm. Plantis ex genere potissimum Alpinarum inclarescit, quas large semper Montes suppeditant finitimi, ob id maxime in sua Flora Pedemontana ab insigni Carolo Allionio jure laudatissimi. Humus arida, prorsumque sterilis, solis aedificiorum veterum fragminibus antiquis ubivis strata necessitatem affert magnam Vegetabilium partem in Ollis ponendi; quarum hinc numerus, Custodum hujus Vireti relatu, ad sex millia praeter propter accrescit. Ceterum rarioribus, minusque cognitis Plantis non destituitur. Supervacaneum hic reputo, quae, quotquot ibidem vidi, nominatim describere: quoniam Tu, Mi Usteri, cuncta haec in Annalibus, calamo licet exaratis, Catalogis facile leges, quamcumque de more in Oram pro literario Commercio missis. Aliunde cum ipsa De Plantis Alpinis per se scriptio longi sermonis sit, in aliud differre tempus cogitavi: post aliud nempe constitutum mihi iter ad hoc distincte, uniceque amplissimum profecto argumentum enucleandum. Nimia itidem Vireti ad Padum Amnem, magnopere plerumque caligantem vicinitas: decidentes assatim pruinae illic crebrae exorientibus, glilcentibusque, atque adultis etiam ibi Stirpibus nocere plurimum debent; ejusdemque ideo Horti Publici positio haud mihi videtur ad Rem Botanicam conservandam satis idonea.

Non pauca insuper Augustae Taurinorum privata florent, Usteri Suavissime, nec temnenda hercle Viridaria. Fama inclytus Medicinae Doctor, pariterque Botanicus

fimmus D. D. Bellardius parvulum colit: ubi & Prunus cernitur Pumila, & Pavetta Fœtidiffima Cirilli, vera videlicet Afperula Calabrica Linnæi, a Domino quoque quoque Vahlio pridem obfervata.

Viretum aliud pleni juris Excellentiffimi D. D. Comitis Canalis extra Portam virefcit paullo fuperius memoratum, trino variæ magnitudinis, atque ad varios Solares afpectus vergenti Hypocaufto munitum, rariffimisque ideo Plantis bene multis locupletatum. Gloriofa Superba; Plumieria Rubra & Alba; Piper Obtufifolium; Hæmanthus Puniceus; Amaryllis Undulata; Hibifcus Malvavifcus reperiuntur; cujus poftremæ Stirpis Florem adamant pueri, maximaque cum oblectatione in ejus germine dentibus atterunt, dulciffimumque hinc humorem melleum copiofe manantem exfugunt. Num cenfes, Ufteri, dulcedinem ipfam poffe Apibus perplacere: fic ut vel ob id etiam Plantæ foret multiplicatio provehenda? Progrediamur ulterius. Carica Papaja; Ciperus Papirus; Curcuma Longa; Cacalia Kleinia ...., & inter paluftres, quæ Niffa vocatur Aquatica, nequaquam ibi defiderantur. Nemus infuper multimodæ fpeciei Magnoliis abundat, & Evonimo Verrucofo præftanti, & Liriodendro Tulipifero, Thujaque Orientali, a Mantuanis *Cipreffina di Goa* communiter vocitata. In Gallia fane Cifalpina penes quosdam plurimum obtinet Thuia prædicta: putaturque ad circum fepiendum præclariffima. Nullo absque partium ftudio, quid hac fuper re fentio, candide proferam. Meus profecto Hortus Thuia ejusdemmodi undique cingitur; Cujus, hiberno anno, vividus femper viror fpectatoribus vehementer arridet. Aft rebus omnibus attente perpenfis; non ita facile

Thuiam, pro Vireto saltem sepe claudendo, deligerem, & commendarem. Primo, quia sedulam nimiopere ejus Semina curam postulant, & exigunt. In ollis etenim probe opus est hiemali triennio nostris in Regionibus custodiri; at nonnisi post præfinitum id tempus in loco conseri sepibus istiusmodi designato. Quod ni ita fiat, nullo plerumque negotio depereunt. Secundo. Terrenum malle videtur hæc Arbor glareosum simul, & humidum. Prior in meo quidem est Horto qualitas: non item altera; in Americanis ab Nobilissimo, eruditoque Equite, ac Comite D.r D. Aloysio Castilionæo Mediolanensi Patricio, peragratis Regionibus adinventa. Tertium. Brevi tempore procerior, firmiorque evadit Thuia, quam sit pro Vireti sepe necesse: ejusque propterea novæ quotannis difficillimæ secturæ Custodes subjicit Hortorum aliunde satis a rebus aliis; assidueque pro eorundem cultione districtos. Quin vero, cum natura sua gummi, ac resina plurimum scateat, laboriosior idcirco, prolixiorque redditur amputatio: ac nonnisi magna adhibita Brachiorum vi potest per bipennem detruncari. Quod multi temporis, ac laboris opus hisce oculis ego vidi, tametsi mea Thuia octo circiter a spissa sua satione annos tantum annumeraret.

Quis tamen non ego is sum, qui sentiam, ut sentit Ovidius „*Quod non est simulo, dissimuloque quod est*", ultro etiam dicam, quæ sint verissime ejus commoda; ut sin minus pro Viretis Thuia certe utilissime multis aliis de caussis utamur. Trunci, & ramorum hujusce ligni robur Mori Albæ robori æquarem: ejusque ideo fasces aliquo certe haberi debent in pretio. Brevi arefactas rami copiosissimas dimittunt frondes, ac lingunt. Exiquoque

istæ temporis tractu tabescunt: atque opulentum a me quoque experimentis probatum, Vegetabile fimum, Pratis, Arvisque infœcundis fructuosissimum sufficiunt. Ac si quidem ad comburendum adhibentur, illico, ut maximopere resinaceæ, incenduntur: suavemque, & capiti utillimum, late spargunt odorem, communi Junipero, vel potius Thuri similem, Clusio Doctissimo referente. In eo demum, quo inflammantur, temporis articulo, belle fulgurant, & crepitant; uberesque cineres residui novum similiter præbent fimi pinguis Pabulum ad agros futurandos. Illud ex his, Mi Usteri, colligi posse videtur, Thuiam esse per se optimam: atque una cum Cratægis. Rubis, Althæis, Prunis Spinosis, ad sepes etiam in libera (ubi frequens non est adeo secturæ necessitas) agrorum planitie conficiendas aptissimam; neutiquam talem esse ad circumsepienda vel Botanica Vireta, vel Procerum tantum, otio, amœnitatique inservitura. Ex America Septentrionali, ubi Thuia sponte crescit, ad nos primum fuit deducta; illiusque sane indigenæ, habitatoresque in apertis duntaxat ea ipsa arvis utuntur.

Sed ut eo revertamur, unde digressi sumus. Alia Taurinensium Floristarum privata exstant Viridaria; atque in his festivissimum illud Excellentissimi D. D. Cisternæ Principis, Domini Galearii curæ traditum, Viri in Theatris pingendis ubique famosi; quique picториam in ejusdem quoque cultura miram suam patefacit, ostenditque præstantiam. Egregia reapse graphide areolas est dispertitus: ac modo in pyramidatam, modo in triangularem, pedetentim ad verticem usque, pro artis præscripto, decrescentem formam, volubiles quotquot formosæ adeo

extulit Plantas; ut nihil hoc aspectu pulcrius; nihil isto esse queat delectabilius. Fructeta illic nunc rite detonsa, luxuriose nunc assurgentia, ac foliis instar pugillatorii in cacumine terminata: Topiaria ad umbraculum quavis tempestate opera: virentia demum hac illac Horti aequora albis, ac cineraceis; quo mage quaeque eniteant, artificiosissime semper contraposita, Usteri, cerneres, ac mirarere. Diuruum dicerem Galearianum Theatrum.

Da geminis adhuc loqui possem, Excellentissimi uno D. D. Marchionis De Spigno cognominati, posito in veteri suo Sancti Sebastiani prope Oppidum Clavasium Feudo: Excellentissimi altero D. D. Comitis Freilini, suo pariter in Feudo Oppidi Butteriorum locato. Sed cum stantes utrobique Stirpes, licet optimae, in supra laudatis jam sive Botanicis, sive Fautorum Botanicae Viretis inveniantur, satis est eadem cum laude citavisse. Fuse hactenus de rebus, ac Viris Botanicis; modo aliqua De Entomologis Taurinensibus.

Domini Joachimus Vayus, Prunetus, Giorna, inter alios, Insectorum studium impense diligunt, & consectantur. Giorna immo varia eorundem millia domi probe servat, quatuordecim, se dicente, annorum opus; ac multorum per impervios quosque Pedemontii saltus, ac montes itinerum. Supergae etiam: qui locus est in edito non valde longe ab Urbe positus, Regiorum Sabaudiae Principum tumulationi, pluriumque hinc Nobilium sacrorum Antistitum studiis, contubernioque destinatus, fortunate in eorum unum incurri, studiosum quoque Insectorum. Hic vero est Abbas D. D. Faà a Bruno, Alexandrinus, impiger Insectorum coactor: eorumque per se bene exsiccatorum, pro Pinacothecis instructor. Tri-

ticeam farinam aceto subactam parat, Papilionemque super hanc ipsam affigit. Ex quo consequitur, acutum aceti odorem Muscas, dum opus facit, propulsare. Ac tum quando (aliter impeditus) istud nequeat indefinenter absolvere; artem Vir egregius callet Insecta, tametsi siccissima facta, denuo, ac facile reddere tractabilia, in capsulis condendo lamina fabrefactis attenuata, & Stanno obducta: iisdemque arena repletis nonnihil humecta. Sic porro ad opus perfequendum semper evadunt paratissima. Capsulas prædictas, suo inclusas operculo, ingeniosus Sacrorum Antistes Solaribus radiis objecit; qui cum totum caloris vi arenæ humorem in ejusdem superficie attraxissent, collegissentque: contenta ibi, arefacta omnino Insecta, ad necessariam, ipsis condiendis, contrectationem paullo fortasse ocius idonea reddiderunt. Quapropter & Papilio illic visitur Cleopatra: & Papilio Jason, quos perinde non Europæos, haud omnino ad veritatem, Linnæus descripsit. Primum etenim in Ducatu Augustano in nemoribus alium Castri Stupinigii Vir laudatus invenit. Prorsa itidem: Æropus, duæ Papilionis Populi varietates: Phalena Pruni, & Æsculi: Thau: Versicolor pariter: & Villica, duas quoque habens varietates, quarum una est Flavo-punctata; secunda Albo-variegata, ibidem conspiciuntur. Taceo de reliquis, ne longum nimis faciam.

Ne autem, Mi Usteri, temporis diuturnitas exquisitiores, vividioresque Papilionum colores vel minimum lædat; neque vero Dermestes Lardarius aliquod unquam tantæ collectioni detrimentum afferat: duo inter nitidissima Crystalla, Parallellogrammi figuram referentia, hermeticeque occlusa, singulas seorsim Papilionum spe-

cies Auctor tuetur; sic tamen ut quotquot omnes, & naturali positura, & ex adverso, sub thoraci videlicet, distincte inspici a quoquam possint, attenteque, si placeat, examinari. Crystalla haec armario cupresseo plerumque atiam servata, Chartæ item argento obductæ, quatuor circiter in latitudine linearum fasciola in gyrum ornantur; quod valde conducit ad Papilionum colores quam maxime illuminandos.

Obiter nunc, Mi docte Usteri, De Conclavi Physico, & Publica Bibliotheca: ac mox capiti, quod Augustam Taurinorum spectat, finem impono. Officiosissimi, Clarissimique D. D. Antonii Mariæ Vassalii Physicæ Professoris, humanitati debeo, universum me illud Conclave inspectasse; cujus Machinas, & Instrumenta, quanquam non omnino ad pompam elaborata, singula sunt tamen experimentorum usui accomodatissima. — Quoad Bibliothecam pronuncio, ex Italiæ esse insignioribus & numero, & excellentia, & raritate librorum. Sex supra quinquaginta continet millia Volumina: ac bis mille præterea affluit manu scriptis Codicibus plus minus eximiis, & singularibus. Qui in Historiam Naturalem præsertim incumbunt, habent, unde multas, quoties velint, pro suis Studiis notiones ex magno hauriant Plinio: cujus ibi Scripta leguntur, jam ab anno quingentesimo Chartis edita Pergamenis, dissimili passim, ac sumtuoso rerum Minio praeclare pictarum ornatu collustratis. Salviani etiam Hippolyti „ Aquatilium Animalium „ Historia: Sebæ Opera vivis depicta coloribus: Regenfuss Choix des Coquillages, & des Crustaces: King Confucii, seu Penthataucou Sinense visuntur. Ac ne in immensum excurrat oratio in insignioribus Operibus aliis, scrip-

toribusque commemorandis; dicam unice, quod rem nostram propius attingit: Bibliothecam nempe ipsam ea quoque bene plurima in folio complecti Volumina ejus Maximi Operis a celeberrimo Carolo Allionio in Flora Pedemontana jure toties in medium allati, inscriptique „ Icones Taurinenses „; belle omnes Minio fucatæ, ac publica profecto editione dignissimæ. Nisi etiam quis facile crederet, & affirmaret, necessariam omnino fore earum per typos promulgationem: quo cunctis pateant Eruditis, ac tot sint maxime usui tantisque ab Augusta Civitate absentibus, Literatis Botanicis.

Novariam postea ipse me contuli. Quanto autem mihi gratum cum Doctissimo Novariensi Viro (quem sui tantum amplitudine nominis antea noveram) D. D. Majoris Templi Canonico Gemellio, eximii Operis „ Sul Riforgimento della Sardegna „ Auctore versari; tantundem certe mihi exstitit injucundum haud quidquam Novariæ reperisse, quod nostris aliqua ratione posset Studiis prodesse. Nobilissimo itaque Divi præsertim Gaudentii Fano, ac nova ejusdem Sacra Turri marmorea, excelsa admodum, & peculiari (extra ædificiorum hujusmodi morem) fane graphide elaborata: æneisque insuper ornamentis, affabre, largiterque inauratis, toto quaquaversum in culmine prædita; ceterisque Urbis Novariæ singularibus mage rebus perlustratis, Vercellas citissime perrexi.

Hortulum in ejus pervetustæ Civitatis Xenodochio sum nactus, paucas habentem Stirpes officinales: quarum Curatorea communem vix unam, qua Pharmaceutice utitur, earundem tenent nomenclationem. Aliud quoque ibidem exstat Conclave, Miscellanea confusa copiens, Fossilia videlicet, Conchas, Lythophita, Deli-

neationes informes, Infecta, dimidio fere plerumque corrupta, ipsisque prorsus incognita. Uno verbo boni nihil (quoad hæc saltem) illud præfert Xenodochium. — Ad terrium tamen ab Urbe lapidem parva est Regio, nostro sermone vernaculo *Torrione* appellata; in eaque quidam Dominus Rossignolius Fundis, necnon Domo ad rusticandum satis accomoda, Viridarioque potitur. Etsi autem istud nonnullos vix abhinc annos fuerit consitum: amplitudine nihilominus, commercii, plantationis modo, reliquisque ad Botanici Vireti usus necessariis, non illa solum per me antea designata, sed alia etiam, de quibus postea sum breviter dicturus, longe antecedit. Aditus in Hortum, per valvas splendidissime fabrefactas, cuique honesto Viro reclusus: quibus quidem pares contra respondent, ad nemus pone Hortum ducentes Exoticum. Centenorum plus fortecommunium passuum longitudinis unus est Horti Ager: cujus adamussim medium ingens, sed apte loco, Concha tenet profluentis aquæ perennis.

Latus dexterum muro ipso cingitur juxta constructi Publici magni Horrei ædificii; quod totam hinc eam ferme partem sic bene opacat, ut melior nulla pro Plantis Alpinis tutaodis reperiatur. Horti Centrum in Areolas dividitur bene in ordinem descriptas, proceris modo plus, modo minus una simul permixtis Stirpibus refertissimas: quo elegantiores appareant. Lævum latus universum partim ædificiis ad Mala Aurea, Medica, Citrea .... in hieme præcipue curanda: partim Hypocausto, Frigidarioque completur. Primum quidem passus in longitudine quinquaginta comprehendit; posteriora pro Hypocausto, & Frigidario ædificia tantundem pariter spatii loci ambo junctim occupabunt. Qua sint intus ratione,

optimoque exftructa genio, præcife, minutæque non proferam. Illud certum ex Viris fide dignis accepi, Dominum Roffignolium perito Architecto, Fabroque ligustrio commififfe, præftantiora ut quæque in Mediolanenfi Ditione hujus generis ædificia accuratiffime viferent. Itinere ab his peracto, exoptataque facta luftratione, tum e veftigio fua condidit Roffignolius. Ego vero nunc addo, lepide fane omnia, & ex fententia Roffignolio eveniffe. Adanfonium, credo, ipfum explerent. Videret enim, ad ejus voluntatem, atque præfcripta „Famill. des Plant. tom. I.„ bene fe in multis Roffignolium conformaviffe.

Vitra Bohemiæ, Caldarium occludentia, apte inter fefe, absque plumbeis laminis, junguntur, & congruunt. Hinc efficitur, aquam ab inflorentibus intro Plantis evaporatam, fufpenfamque vitris, facilius per ipfa diffluere, citiffimeque elabi, atque evanefcere. — In anticis duobus Hypocaufti inferioribus lateribus defcendentes novem, decemve graduum fcalæ infunt, in pares utrobique, & ficcas, tametfi fub terra, Cellas immittentes; in hisque Camınus & ligna femper ftant ad ignem accendendum comparata: qui juxta interiorem vitreæ ejusdem Hypocaufti magnæ feneftræ partem, per ductum tranfiens tofaceum, libere ipfi poftea communicatur. — Binæ quoque fuperioribus Caldarii lateribus fcalæ inhærent, ad geminas itidem utrinque Cellulas (modo vacuas) ducentes; & quantum affequi conjectura potui: vel aliquot fortaffe pofthac Botanicis ibidem libris retinendis, aut feminum exficcationi, vel immodico Hypocaufti calori temperando, innovandoque aëri: five tandem nocturnæ etiam Cuftodis Horti ftationi, optimo fane confilio,

infervituras. Supradicta pro Citris Medicis, & Aurantiis .... loca: itemque Frigidarium uno utraque Camino recreantur, calori iisdem sufficiendo, quantum satis, idoneo. — Ad prælaudata demum inferiora Caldarii latera geminæ, secundum Adansonii præcepta, sunt Anliæ; eductæque hinc per ipsas aquæ, in magnum, unde ad tempus aliquod quiescant, Vas marmoreum, Hypocausto propinquum, infunduntur: cujus, postquam sunt etiam calore tepefactæ, ad Stirpium irrigationem utilius adhibentur.

Vireti hujusce Curator est filius Josephi Borellii, Marchionis Ghilinii Horti pariter Custodis, velut superius enuntiavi. Eædem quocirca in Roffignoliano prope Vercellas; atque in Alexandriæ Viridario Ghiliniano Plantæ cernuntur. Nonnullas tamen Roffignolius est noviffime ab amicis adeptus, queis haćtenus caret Præstantiffimus Marchio Ghilinius. Hedifarum sic Girans; Liquidambar Stiracislua; Ochrofia Maculata; Abrus Precatorius; Ficus Pumila; Dracena Enfifolia; Myrtus Striata: Clerodendrum Fortunatum, Stirpes sunt a Roffignolio nuperrime acquisitæ.

Nemori ab initio commemorato jam præsto est locus: sed vere illud nondum est cœptum. Ocius autem, ut sentio, auspicabitur; atque ad sui heri consilia, voluntatemque, pulcherrimis undique Exoticis dissimilibus Arboribus abundabit. Nemore medio elegans stabit Atrium: nobilissimusque in ejus centro ludus sedebit, in quo globuli eburnei clavis truduntur. Hinc illinc ad Atrii latera, Domus pro Coffeæ potione, & Aviarium erigetur.

Liguſtica jam Mi Uſteri, lætiſſima arripui littora; ac vix proxima ad Pharum inductus, Urbem Portu, Molibus, Propugnaculis, triplo mœnium per Oram Maris, & juga montium ambitu, mirabilem: maximorumque præterea, amœniſſimos etiam vicinos inter Colles, ædificiorum frequentia, Cælo ſalubri, proſpectuque terra undique ac Mari pulcherrimo, venuſtiſſimam, nec ferme ulli ſecundam libens conſpexi. Itaque in eam tum ſtatim ipſe me intuli; occaſionemque conſeſtim nactus Excellentiſſimum, & comem, & eruditum maxime in re noſtra, Marchionem D. D. Auguſtinum Pinellum ſuo in Vireto Botanico alloquendi, liberius id poſtea, ſe aſſentiente, adire potui; reperique optimo conſtitutum in loco: prope ſcilicet Publicum Pauperum Hoſpitium, & ampliſſimum, & vero ubi quoque merito celeberrimum. Stirpium abreptus amore Eques conſpicuus, & impiger, ſummo quotidie mane ab ſuis Ædibus ad Hortum venit; ac per ſe ſemper ſingulas intentis oculis, animoque Plantas luſtrat: Semina ſi quæ ſunt, legit: ſuis ipſe manibus charta obvolvit: unus deſcribit; rariſſimoque exemplo, quotquot, ſine nulla exceptione, ſibi præciſe non neceſſariis, cunctos munifice douat.

Vireti ejuſdem Hypocauſtum ad Planum exſtat cum Horizonte omnino rectum. Atque ita mehercule in Plaga fieri poterat: ubi ſumma item rigente hieme, exiguus carbonis acceſi ignis ipſum jubet, ac cogit poſt paullo ad viginti, & amplius caloris gradus Thermometrum aſcendere. Piper Reticulatum; Mimoſa Speciosa; Bignonia Stans; Piper Capenſe; Bupleurum Adelphoides; Ehretia Tinifolia; Dodartia Maritima; Jacquinia Ruſcifolia; Pſoralea Dalea; Alcina Perfoliata Cavanil-

lū, inter rariora Botanico — naturalia, hoc in Vireto per me notata, enumerantur. Aliena autem Perfoliata valde prodest Apoplexia laborantibus, si probe contusa Stirpis folia, atque in pilulas redacta, tanto morbo correptis sumenda praebeantur. Optimum id esse, atque a se quoque fausto exitu cum aegrotis hujusmodi adhibitum remedium D. D. Rossinius, Genuae Medicinae Doctor omni mihi asseveratione affirmavit.

Excellentissimus D. D. Hippolitus Marchio Duratius aequissimus Cristophori Columbi toto orbe celeberrimi, edito elogio, laudator, ac ingeniosissimus, Naturalis Historiae studio a prima aetate vacaverat; variisque, propter discendi cupiditatem, Europae Regionibus peragratis, sat venustam Domi concinnaverat Rerum Naturalium Pinacothecam; quam Excellentissimo post concessit Jacobo Fratri, nunc eam, in sua Loci Corneliani ad Oram Occidentalem prope Genuam Villa, rite tutanti: eomissimeque pariter sinenti, ut advenae quotquot, Se etiam absente, in Pinacotheca ipsa intromittantur. Naturali ergo dimissa penitus Historia, in Botanicam Se totum abdidit Hippolytus: atque in loco vulgo dicto *Cazzòla*, juxta Urbis moenia, Hortum aitissime instruxit, Speeubus, Domunculis ad secessum: venustissimoque Freti conspectu praeditum, ac virentium Collium cultissimorum.

Romanis quoque Duratianus pol Hortus Arcadibus arrideret; qui eum, quem viventem, Lauroque ab ipsis redimitum, ut Vatum Principem, Populo Romano inspectante, Petrarcum salutarunt: Mausoleo illic ad sempiternam ejus memoriam erecto noviter honestatum videient; rursumque colerent meritissimo. Atqui magnum

num post hæc Hortus ipse præbet campum ad plurima omninoque propria Botanicorum.

Cassia Ligustrina; Erithrina Christa - Galli; Kiggellaria Africana; Cassine Peragua; Ostenspermum Pisiferum; Mimosa Cornigera; Erithrina Herbacea; Corallodendrum; Camellia Japonica; Psidium Piriferum; Poinciana Pulcherrima; Fontanesia Philirioides; Dracena Terminalis; Solanum Stramonifolium; Gardenia Florida; Cassia Fistula; Passiflora Rubra & Murucuja; Cactus Phillanthus; Bauhinia Variegata: Schotia Speciosa; Solanum Stellatum Jacquinii: Helicteres Isora; Laurus Sasaphras; Hibiscus Populneus; Lopezia Racemosa *) sub Pisauræ Otomorphæ nomine inscripta: Achillæa Tomentosa; cujus folia Juglandis Nigræ folia æque redolere animadverti: cunctæ simul hæ Stirpes cum infinitis propemodum aliis, quæ silentio dissimulo, Hippo-

*) Stirps hæc ex Hispaniis in Italiam deportata variie fuit ad libita Professorum, qui eam obtinebant, atque a nemine adhuc descriptam autumabant, nominibus insignita. Præter Genuam, Bononiæ item ac Parmæ Stirpem ipsam egomet vidi; atque in Papiensi, Mediolanensi, Romano, Neapolitano Viridario, Amaliæ Augustæ nomenclatione donatam ex Botanicae Viatoribus semper audivi. Ex recenti autem brevi Scripto, Typis Patavinis nuperrime impresso, illustre novum eidem Plantæ nomen (Pisauræ nimirum Automorphæ) collatum, uberrimamque insuper ejus factam esse descriptionem, atque Iconem una evulgatam intellexi. Ast ut verum curem, ingenueque declarem, nitidissimam sane hujusce Plantæ Iconem: quia vero descriptionem, ejusdemque ortus locum nec non botanicum Lopeziæ Racemosæ nomen jam ab anno millesimo septingentesimo nonagesimo publici juris fecerat Celeberrimus D. Antonius Cavanilles.

Quod de Pisaura nunc dixi: de altera, Usteri, dicito, in Patavino simul Scripto edita, Coreopsi nempe Formosa. Nam & hæc Cosmos est Bipinnatus Cavanillesii.

lyti Marchionis Duratii apprime decorant Viridarium. Quod hercle, Mi Usteri, maximum plus semper pariet sibi nomen, ac laudem; fietque brevi ditissimum. Tum quando enim unum Virorum quodlibet, & amplissimæ pecuniæ Domiorum & Exoticarum Plantarum studio flagrantem tenet, nihil est ipsi reliquum, quod pro alacri accretione, amplificationeque desideret.

Instante Novembri, imbribusque assiduis irruentibus ex Urbe Genua Mantuam recta veni, donis quidem Nobilium Virorum Professorumque auctus, ornatusque; sed diutinis laboribus, & ligusticarum asperitate viarum, longissimoque toto simul fractus itinere, ac debilitatus multumque præterea corpore dolens; mea nihilosecius, præcipueque nunc, quod recte valeo, Botanica peregrinatione contentus, atque lætissimus. Habet enim; Mi Usteri Suavissime, præteriti doloris, & incommodi secura recordatio delectationem: quod etsi mihi optabile in experiendo non fuerit, est tamen, eritque semper in renuntiando jucundum.

Mantuæ VII. Calendas Januarias Anni MDCCXCIII.